

171

Heliotropium Elbingense,  
Sponsus,

VIR

*Admodum Reverendus, Clarissimus atq; Doctissimus,*

**DN. SAMUEL  
CORELLIUS,**

Pastor Neostadiensem Meritissimus,

versus Thoruniensem sele Horizontem  
ad SOLEM

VIRGINEM,

*Leclisimam, omniumq; Virtutum gemmis Ornatisimam,  
Nobilemq;*

**REGINAM**  
VIRI

*Nobilissimi, Generosi & Speciosissimi,*

**DN. JOHANNIS SZIRAKOWSKI,**

Civis ac Proxenetæ Thoruniensis Famigeratissimi,

FILIA M

Die 8. Mens. Novembr. Anni 1678.

Amplexibus circumdandam,

Præviisq; nuptiis sibi appropriandam,

**INCLINANS,**

*Gymnasi Elbingensis Aliquot Docentium  
comitatur votis.*

---

**ELBINGÆ, Typis CORELLIANIS.**

**S**olsequiis occulta datur vis indita rebus,  
Quæ se se, patulò Sole movente, movent.  
Nubibus ipse licet vultum Sol abdidat alcis;  
Ipsius at retinent obvia signa pedum.  
Heliotropii flores hac inde legaudent,  
Nec tardant motum tempore Solstitii.  
Sole ferente diem, calycem cum caule resolvit  
Mygdoniaæ Lotus, tota calore valens;  
Sole cadente, lacum scapô flos occupat itum.  
Ac si conatu, solis anhelet iter.  
Et Malache pronō sequitur quæ vertice Solem,  
Præcisè medium connotat ipsa diem.  
Hemerocallis idem præstat; quæ gloria mundi  
Dicta fuit; siquidem claruit inde dies.  
Cum Sol sic soleat duellu celebrare choreas;  
Hæ segetes, Sponsæ\* nomen & omen habent.  
Ex his quale TIBI proprium, MI SPONSE, dicabo,  
Plantane num plantans; versus an ordo placet?  
Thorunii tacitè cum sis perductus ad oras,  
Heliotropii, SPONSUS ad instar eris.  
Tectus amor SPONSÆ penetrante calore medullas,  
Nonne tuas tetigit tam procul urbe fitas?  
Hæ vis inde tuos simulac invaserat artus,  
Robore magnetis TE trahit obsequiò.  
Solstictium proh! passus eras dum concidit uxor  
Chara prior, Solis munia perficiens.  
Sed redeunte novò, TIBI SPONSO, SOLE, cuiusq;  
Te gerito Lotum nocte dieq; parem.  
Exemplò Malaches. medii momenta diei  
Observato, tui Solis in æde vagi,  
\* Vid, Plin. Natur. Hist. l. 2. c. 41. lib. 19. c. 6. l. 22. c. 21. l. 37. c. 10.  
It. Joan. Baptiss. & Porta Phytogn. l. 2. c. 18, it. l. 8. c. 8. Alijg. Heme-

Hemerocallis eris; factis si dicta replebis;  
Te faciet clarum multa propago Patrem.  
Nec mirum; Solis subeat quod Sponsa valorem;  
Uxor enim cura Sol cluit ipsa domus.  
Solis voce, suum Teuto genus annotat ipse  
Fœmineum: Lunæ fertur imago maris.  
Sæpemares segnes muliebri pectore pollent;  
Sed maris hinc mulier sustinet ipsa vices.  
Quid? quod si mulier Paphia virtute coruscet;  
Phœbeæ pariter lampadis instar erit.  
Cum reputes talem sociam TIBI cœlitus ortam  
Hisce tuis annis nonne beatus eris?  
Nautica si pixis corrumpit vota secunda;  
Scis, quod Sol spheras ipse Planeta regat.  
O! adspiret huic coepio fortuna labori,  
Viribus influxus congruat ipse Poli!  
Sit lapis Heliotropius cum nomine vero,  
Fama, perennis amor, Gloria Vestra Salus!  
SPONSE novam tecum ducas HOROSCOPE stellam;  
Clarior hanc nobis Noster Horizon erit!

M. Jacobus Börger/ G.E.R.

---

Dixerim vitam pelagus profundum,  
Qvod silet raro facie serenâ:  
Sæpius Neréus subito tumescens  
Eyomit iras.  
Nunc freto nimbum minitatur Auster,  
Nunc is incubit maribus, vel Eurus,  
Nunc ruunt una Boreas Notusq;  
Corus & Eurus.

Te

Te voco Testem, Reverende Sponse,  
Tu sat es sœvis agitatus undis,  
Atq; jactatus vario periclo

Milleq; Curis.

Tam ferox venti rabies boabat,  
Ult videretur Capiti minari  
Nescio quæ non mala ; qvodve damnum

Naufragiumvē.

Attamen tristes, velut alter Atlas,  
Fortis ærumnas humeris tulisti ;  
Nam fuit vultus Tibi semper idem

Frons eadémq;

Scilicet nōras, fore tempus olim  
Quo nec iratum mare murmurabit,  
Nec nisi mollis Zephyrus faventi

Surget Olympo.

Ecce jam surgit lenis aura venti,  
Et procellosi tacet ira fluctūs,  
Cum Tibi jungunt superi SECUNDAM

Fœdere nuptam.

Naviga ventis etiam SECUNDIS  
Qvamdiu venti Tibi sunt secandi,  
Usq; dum pleno subeas quieta

Littora velo.

Voto hoc prosequitur Nuptias

Petrus Behm, ConR.

**O** Supreme DEUM celsi fabricator Olympi,  
Vivificus cuius qvoslibet ambit amor:  
Septem mitte sacri thalamo rogo munera flatus,  
Ad te qvæ remeans filius ante dabat.  
**O** mea, Christë Salus cunctorum spesq; tuorum,  
Ingenui cordis te penetrale vocat.  
**H**uc ades, & præsens Sponso Sponsæq; faveto  
Promendo largâ dulciavina manu.  
**V**ina dabus olim Galileæ ruris Aluminis  
Augendo teneras plebis egentis opes.  
**S**piritus ille sacermentis medicina dolentis  
Sit rogo Conjugibus, qvod dabis omne merum.  
**L**abes Conjugii tollat minuatq; dolores  
Tangere qvi nuptos & superare solent.  
**H**is & Conjugii tribuas bona corporis Author  
Omnia qvæ vitæ stamina longa dabunt.  
**D**ulcia Conjugii tribuit quoq; pignora Numen,  
Irrorans thalamum fertilitate novum.  
**I**sta precor Dominus precibus rata pondera donet  
Nec nos in cassum fundere vota finat.

*Amoris testandi ergo addidit*

**Michael Sidovius, Cantor.**

**N**on secūs arcano junguntur pectora nexu.  
Quam vi Magnetis conjuncta Catena cohæret, Alluditur ad CA-  
Æratō quamvis non sit ferrumine vincita. tenam, quam efficit  
Nam veluti Māgnes tacito sibi foedere jungit Magnes, ferreos an-  
nulos attrahens ad invicem, cum Lemmate: ARCANIS NODIS.  
Articu-

Articulos ferri, non arte nec ære ligatos,  
Fiat ut arcanis nodis conexa Catenæ;  
Sic agit occultæ vi Magnetismus amoris;  
Attrahit, & jungit se junctas corpore mentes,  
Ut dulci nexus corpus redigantur in unum.  
Testis erunt nova quæ pangis connubia, Sponsæ,  
Hæc si solerti collustrem lumine mentis;  
Quid, nisi supremâ Fati Te lege catenam,  
Quam mors dissolvit, rursus connectere dicam?  
Nam Cœli nutu Magnes Te traxit amoris,  
Ut Viduo Thalamo sociam de Gente Thorunæ  
Eligeres. Cœli nutu SZIRAKOWSKIA Nympha  
Virtutis famam nostram transmisit ad urbem,  
Et vi Magnetis persuasit adire Thorunum.  
Herculeæ Magnes lingvæ (dicente Poëtæ)  
Tantum pollebat, missis ut ab ore Catenis  
Flexanîmâ cunctas Svadâ pertraxerit aures.  
Robore crediderim simili Magnetica Sponsæ.  
Verba tuo cordi gratiam injecisse catenam.  
Nam simul hanc visis, visam cupis, atq; cupitâ  
Ut potiare rogas. Et sic speciosa catena  
Affectus mutui mutuô vincitur amore.  
Gratulor his vinclis Cœlō firmante ligatis!  
Nec citius voveo Torquis rumpatur amoris,  
Quàm feracùm Magnes contemnet pabula ferri.  
Quò sic Torquatus dicaris amore perenni.

Ita Nuptijs auspiciatissimis  
applaudit

Daniel Holstius, Gymn.  
Elb Coll.

Conju-

A. & Ω.

**C**Onjugium multi temnunt, damnabile multis  
Dicitur: Ast falsò. Res Sacra Conjugium est;

Qvam DEus omnipotens Sanctò fundavit in hortò,

Cùm prudens Hevam consociavit Adæ.

Nam fore prævidit sapiens minùs utile Plastes

Sivitæ sociâ destituatur homo.

Qvod DEus instituit certè damnabile non est.

Nam nequit ullius Conditor esse mali.

Rectius hoc animô, Fautor Reverende, volutans,

Conjugium laudas, Conjugiumq; probas.

Qvod dum ritè facis meritò gratantur amici,

Qvorum cum votis, & mea juncta lege.

Sit Thalamus prosper multâ sit prole beatus.

Sit domui felix Sponsa decora rūæ.

Sic abeas votis comitatus, Sponse secundis,

Prospera quò semper VOTA SECUNDA cluane.

Paucula hac Viro plurimum Reverendo Secundum  
Sponso congratulatur animo sincero

Christianus Schefferus,

Præcent.

**W**enn der schwarze Wolken-Schwall an dem blaugewölbten Bogen/  
hat der Sonnen guldne Pracht und der Sternen Heer umhogen/  
So verschwindet alle Lust/ jeder ist mit Furcht erschillt/  
Weil des Himmels Zier ihr Haupt hat in schwarzen Flor verhüllt.

Zber

102995

Aber wenn am Kunst-Gemach mit dem Purpur-Rosen-Blanke  
Hebus freudig trit herfür und bestrahlt die große Sankt  
So erfreut sie jederman/ und vertreubet alles Leid  
Wehmuth/ Furcht und Angemach wird verkehrt in lauter Freud:  
Also war/ Vielwehrter Herr/ vormals seines Hauses Himmel  
In die dicke Finsternis und ins schwarze Traur-Getümmel  
Jämmerlich hinnein gesetzt/ als der blasse Tode in Eit  
Seine rechte Freuden-Sonn riß hinweg durch seine Pfeil.  
O der grossen Rauberey! O des grimmen Würgers Wüten!  
Dessen starcke Todes-Macht auch sein Kind nicht kont verhüten/  
Sondern musste fallen hin. O der grossen Abelthat!  
Seiner Freunde wehrte Schaar sich mit Ihm betrübet hat.  
Nun schickt Ihm der Höchste zu eine andre Tugend-Sonne  
Die sein Haus bestrahlen wird jederzeit mit Lust und Bonne/  
Drum frew Er sich billig heut über Gottes Wunder-Nacht  
Welcher seine Traurigkeit recht in Freud verkehret hat.  
Dis ist so des Höchsten Schlüß/ sein Werk ist nicht zu ergründen/  
Kommen wir in Kreuz und Noht/ läßt Er sich bald gnädig finden/  
Nach dem Frost folgt Sonnenschein/ nach dem Regen Fried und Ruh/  
So schickt auch des Himmels-Gunst nach dem Trauren Freude zu.  
Der Euch Viegehrtes Paar/ nun zusammen hat gegeben/  
Läßt Euch hier in stetem Glück und in vollen Freuden schweben/  
Eris sei von Euch entfernt/ zeitlich geh' es hier Euch woll  
In der feuschen Ehe-Lust/ Euer Haß sey Freuden voll/  
Sehet Kindes Kinder viel/ schauet nichts denn Himmels-Seegen/  
Glücke sey in Eurem Thun und auf allen Euren Wegen.  
Bis nach vieler Zahl Ihr heimgehet zu der Ruh/  
Und im Glücke Lebens-satt schliesst Eure Augen zu.

Dieses hat Glückwünschend dem Hn. Bräntzam seinem  
Hochzuehrenden hohen Sönnern hinzusetzen  
wollen

Samuel Sendel/ G.C.

